ABSINTHIVM.



Bsinthium ab ἀψίνθιον quod tactum ire significat nomen habet, ex aduerso nomen greci deflexerũt: quod nullũ aĩal hãc herbam ob insignem amaritudinem attingat. Absinthij tria sunt genera, Ponticum: marinum & santonicum. Ponticum est uulgare hoc quod uocamus **wormewod.** Marinum seriphiũ, uocatur, huius anglicum mihi nomen non occurrit. Santonicum quod a santonibus galliæ uomen traxit puto esse **Lauander cotton.**

ABROTONVM.

Abrotonũ latini, grecis ut infinitas alias uoces debent, hanc herbã galli auronum germani **Stubwurtz** angli **Sothernewod** nominant.

ACANTHVS.

Acanthi duo sunt genera. Leue & aculeatum. Leuem acanthum pæderota, & melamphillon eruditi nominãt, officine brancã ursinam, uulgus **Brank vrsyne** appellat. Porro fœde hallucinantur qui putant brancam ursinam esse **Bearefote** quum illud potius sit helliborus niger. Aculeatum & crispum dioscorides syluestrem acanthum uocat.

ACORVM.

Acorum aut xiphion, officinæ gladiolũ uocant. angli pro uarietate soli & regionis uarie nominãt Northumbrienses **a seg** elienses & in palustribus locis, propter eliam habitantes **a lug,** tritissima nõia sunt **gladon** & **a flag, & a yelowe floure delyce.**

ALISMA.

Alisma dioscoridæ, est recentioribus fistula pastoralis, officinis & herbarijs plantago aquatica aliquibus barba syluana nostratibus **water plantane or water waybrede.**

ALTHEA.

Altheam aliqui ebiscum, siue ibiscum nominant. officinæ maluã bismaluam nostrates, **Holy oke.**

ALLIARIA.

Alliaria est herba passim in sepibus prouenieris circinato folo allium odore mire referens. Hec est (ni coniectura faller) **sauce alone,** aut ut alij uocant **Jak of the hedge.**

ASINE,

Alsine dicta est ꝙ lucos (quos greci ἄλση uocant) umbrosaꝙ & ne morosa amet loca, Myosotis etiam hec dicitur, latine auricula muris, sed non est nostra Mouseare que in asperis & incultis locis crescit. Caeterum herba illa est quam nostrates mulieres uocant Chykwede aut Chykenwede, Qui alunt auiculas caueis inclusas, hac solent illas (si quando cibos fastidiant) recreare.

AMARANTHVS.

Amaranthus heliochryson galeno, quibusdam flos amoris, gallis est passeuelutum anglis autem Baldare.

ANETHVM.

Anethum uulgus appellat Dyll. Anisum uero Anys aut Anyssede, Quare toto errant coelo qui anethum interpretantur Anys quod uirū quēdam caetera doctum nuper fecisse legimus.

ANAGALLIS.

Anagallis latine morsus gallinae dicitur anglice Pympernell, nō est Chykwede ut quidam fallo asserunt Anagallidis due sunt species. Mas est, que puniceū habet florem, & foeminina que ceruleum.

ANONIVM.

Anoniū dicitur lamiū, urtica iners, urtica mortua, & anglice Archaegell aut Dede nettell.

AMPELOS LEVCE.

Ampelos leuce latinus est uitis alba & bryonia, anglis Bryoni aut wylde nepe.

APPARINE.

Apparine siue philanthropos ab officinis aspergula uel ruella uocatur ab anglis Goosgyrs aut Gooshareth.

APOLLINARIS.

Apollinaris grece dicitur hyoscy amos non iusquiamus ut barbari scribūt & loquūtur, aliqui uocant fabam suillam angli Henbayne.

APIVM.

Apium nostrates uocare solent Smallage. Ruellius tamen gallis suis dicit psilū uocari, que res effecit ut aliquantisper dubitarē quinā hanc herbam anglice interpreter, caeterū credo non esse nostrū psilū

ARTHRITICA.

Arthritica officinis est primula ueris q̄ ab āglis dicitur a prymerose.

ARTEMISIA.

Artemisia nomen ab artemisia uxore mausoli (que hanc herbã sibi adoptauit cum antea parthenis uocaretur) traxisse creditur. uel ab artemide quod priuatim fœminarum malis medeatur quibus artemis. i. diana præest. uulgus hanc herbam ubiq; uocat Mugwort.

ATHANASIA.

Athanasia q̃ grece tagetes, latine tanacetũ, anglice dicitur Tansey.

AROS.

Aros ab officinis pes uituli & serpentaria minor uocatur a nostris uero Cockowpyntell.

ARISARON.

Arisaron siue aris si non sit ipsum aron, eius saltem species est arisaron puto hodie a nostris dici rammes aut rampes.

ASARUM.

Asarũ, perpẽsa, uulgago, sanguis martis, rustica nardus, & uulgo azarabaccara dicitur. Eram eo loco ubi uocaretur Folfot.

ASPARAGUS.

Asparagũ officine sparagũ uocant uulgus autem Sperage.

ASPHODELUS.

Asphodelus a latinis hasta regia & albucũ dicitur, a barbaris & latine lingue corruptoribus aphrodillus & affodillus, ab anglis Affadyll & Daffadilly.

ATRIPLEX.

Atriplex grece atraphaxis dicitur, anglice Areche aut red oreche.

Atriplex hispaniensis quibusdam uidetur nostra esse spinachia.

BETONICA.

Betonica siue uetonica aut uettonicũ grece cestron dicitur & psychotrophon a uetonibus hispaniæ, qui illam primi inueneruñt, nomẽ sortita est. hanc uulgus nostrum uocat Betony.

Betonica altilis siue coronaria, que a quibusdam uocatur cariophillatũ, est herba quã uernacula lingua uocamus a Gelofer, aut a Clowgelofer aut an Incarnacyon.

BELLIS.

Bellis siue bellius ab officinis consolida minor dicitur. hec est illa herba quam uocamus a Dasy. Quanq̃ apud northũbrienses meos ea sola

uocatur a Dasy, que puniceo flore altilis & horotensis est erraticam illam uocant a Banwort.

BRASSICA.

Braßica grecis crambe dicitur. quibusdā caulis, q̄ reliqs herbis maiorē habeat caulē, anglice uocatur wortes aut Cole aut Colewortes.

BRYON THALASSION.

Bryon thalaßion latine muscus marinus dicitur hec a northūbriensibus uocatur Slauke hac herba bene cocta ī quadragesima tenues qbus pecunia, ad mendos pisces non suppetit libenter uescuntur.

BUGLOSSUM.

Buglossū grecis, latinis est bouis lingua officinis borago uulgo Borrage Helleboro egent q contendūt hanc herbā esse anglorū Langdebefe.

CANABIS.

Canabis unde funes & uestes canabeæ nectuntur, & texūtur, nostrati sermone uocatur Hemp.

CARIOPHILLON.

Cariophillon quod aliqui clauū uel clauos uocāt. propter similitudinē quam habet cum clauis, angli uocant Clowes.

CARDAMINE.

Cardamine siue sisymbrium alterum dioscoridæ, officinis est nasturtiū aquaticum, anglis water cresses.

CALTHA.

Caltha, que ab officinis calendula uocatur, est lutea illa herba quam uulgus appellit a Marygolde.

CASSUTHA.

Cassutham officinæ uocant cuscutam aliqui podagram lini, angli Dodder.

CAROS.

Caros, siue carium, est herba cuius semē saccharo obductum, uernacula lingua uocamus Carawayes.

CENTAURIUM.

Centaurij duo sunt genera, maius & minus. Maius est quod officinæ reuponticum nomināt. Minus libadion fel terre & febrifugia dicitur, angli uocant Centory.

CIRSION.

Cirsion aliqui buglossũ magnũ uocant angli Buglos & aculeatã illam herbam, quam uocamus Langdebefe huius buglossi esse speciem arbitror, hucq; referendam censeo agrestem herbam quam rustici uocant Cattes tayle.

CICERBITA.

Cicerbita a grecis sonchos, a nostris Sowthystell appellatur, hec herba cuniculorũ palatis (ut uulgus putat) plurimũ arridet.

CORIANDRVM.

Coriandrum, greci corion siue corianon appellant angli Coryander aut Colander.

CONVOLVVLVS.

Conuoluulus, dioscoridæ clematis, altera, est aliquibus liliastrũ, anglis autem The comon bynde, aut The lytell wynde. Hec est illa herba que improbo cauliculorum suorũ reptatu, proximas quasq; herbas & frutices humiliores irretit.

COLVTEA.

Colutea ab officinis sena ab anglis Sene nuncupatur. Preter theophrastũ haud temere quẽq; ueterum offendes q̃ huius coluteæ meminit.

CHAMEDRYS.

Chamedrys latine gamandrea aut querecula, anglice Germander aut englyshe tryacle dicitur.

CINARA.

Cinara scolymos & carduus idem sũt nisi forte cinara sit herba culta & scolimos inculta hãc herbã a nr̃atibus dici puto Archychoke.

CLEMATIS.

Clematis daphnoides, latinis uĩca puinca, ãglis Perwyncle dicitur.

CHAMEACTE.

Chameacte, a latinis ebulus, ab anglis Danwort aut walwort uocatur.

CHAMEMELON.

Chamæmelon dicitur q̃ odorem habeat mali. Eranthemis uere floreat, dicitur & anthemis, uulgo dicitur Camomyle.

CHELIDONIVM.

Chelidonio siue latine mauis hirundinaria, hirundo auis que grecis χελιδὼν dicitur, nomen indidit, uel quod hanc primũ inuenit & oculis pullorum in nido uisum restituit, uel quod hirundinum aduentu floreat herba & earum discessu commarcescat. dicitur sandonia etiam, angli uocant Celendyne aut Celidony. Et hec sunt nomina chelidonij maioris. Chelidonium minus officine uocant scrofulariam. Qui nam uulgus appellitet non dum didici.

CVCVRBITA.

Cucurbitam greci colocynthan, angli a Gowrde nominant.

CYANVS.

Cyanus a gallis teste ruellio blauium dicitur hanc ego herbam arbitror esse quam northumbria uocat a Blewblaw aut a Blew bottell, hanc corollis intexũt pueri eo tempore quo baptistæ sacra peraguntur.

CYPERVS BABYLONICVS.

Cyperum babylonicum officinæ uocant Galangam, angli Galanga etiam & Galangale nuncupant.

CYNORRHODOS.

Cynorrhodos quantum mihi cernere datur est frutex cuius folia primo uere suauiter olent, quem uulgus opinor uocat Swete brere aut Eglentyne.

CYNOSBATOS.

Cynosbatos latinis ẽ rubus canis, ãglis a wylde heptre, or a brere tre

DAVCVS CRETICVS.

Daucus creticus que latine pastinaca gallica dicitur, mihi uidetur, anglis esse wylde carot.

DAPHNOIDES.

Daphnoides aliqbus eupatalon nõnullis camedaphne dicitur, herbarij laureolã appellant, uulgus aũt Laury aut Lauriell aut Lowre.

DRACONTIA.

Dracontia latine dracũculus colubrina, & serpentaria dicitur, anglice Dragon.

DYPSACVS.

Dipsacos latine labrũ ueneris aut lauacrũ ueneris dicitur, officine hanc herbam uirgam pastoris uocant, anglorũ uulgus a wylde tasyll.

a

DRIOPTERIS.

Dryopteris, latinis est silicula, q̃ in arboribus precipue i robore & quercu nascitur hanc uulgus appellat The brake of the tre.

ENDIVIA.

Endiuia qua pharmacopole nostræ ætatis utuntur, non est endiuia qua ueteres olim usi sunt, hec enim qua hodie utuntur nihil aliud est q̃ lactuca agrestis. Intybus siue intybũ, quod uulgus hodie uocat Suckery ueterũ erat endiuia. Scandix diuinãtibus aliquot doctis est uulgaris endiuia.

EVZOMON siue ERVCA.

Euzomon latini erucam nominant, uulgus Rocket, aliqui uocant whyte pepper.

EPHIMERON.

Ephimeron est lilium conuallium grandius, quod angli uocant Great parke lyly.

ELLEBORVM ALBVM.

Elleborum album romani ueratrum album appellant. Hec est illa herba cuius radicis puluis naribus inditus, sternutamenta mouet. Radicem uulgus appellat Nesynge powder herbam autem Lyngwort.

ELLEBORVM NIGRVM.

Elleborum nigrum aliqui melampodion, uocant romani ueratrum nigrum, angli Lyons fote, aut Pedelyon. Cæterum ego censeo illam herbam quam uulgus cantabrigiense, uocat Bearefote esse uerum elleborum nigrum.

EVPATORIVM.

Eupatorium alijs hepatorium aut hepatis, non est water peper, ut quidam perperam asseuerant, neq; ut alij falso scribunt wylde sauge, sed herba est quam omnes hodie uocant Agrimony.

FILIX.

Filicem, greci pterim & pterion uocant, angli a Ferne aut a brak aut a bracon, Fœmina filix que grece dicitur thelypteris, siue nymphæa pteris: non prodit singulari pediculo, ut altera que mas est, sed ramis pluribus & altioribus fruticat.

FENICVLVM.

Fœniculum græci marathron, angli Fœnell aut Fyncle nominant,

FRAGVM.

Fragum non fragrum (ut quidā scioli scribunt) ab anglis uocatur a Strawbery.

GITHAGO siue NIGELLASTRVM.

Githago, siue grece mauis, pseudomelanthion est herba illa procera, que in tritico flauescente existit, inde corollas apudmorpetenses meos pueri in die diui baptistæ, texunt, uulgus appellat Coccle aut pople.

GIT, siue NIGELLA.

Git, siue nigella, grece melanthion dicitur, officine una cum uulgo Nigellam romanam appellant.

GALEOPSIS.

Galeopsis, galeobdolon Romanis labeo. uulgo Rede archangell.

GINGIDIVM.

Gingidium, siue chærefolium, a nostratibus mulieribus uocatur cheruell falluntur qui myrrhin putant esse chærefolium. cum myrrhis sit potius robertiana.

GLYCYRRHYZA.

Glycyrrhyza, est officinarum liquiricia, & anglis Lycores.

HEDERA.

Hederam greci cisson uocant, angli Iuy.

HALICACABVS

Halicacabus, a latinis solanum uesicarium, ab officinis Alkakengi & uulgo dicitur Alcakenge

HELENIVM.

Helenium, latinis est inula, officinis enula campana uulgo Allicampane.

HELXINE

Helxine, latinis parietaria dicitur, uulgo Paritory.

HEPTAPHILLON.

Heptaphillon, officinis bistorta, & tormentilla, nostratibus Tormentyll & Tormeryke dicitur.

HYPERICON.

Hypericon, alij carion, alij androsæmon, appellant. nonnulli herbam perforatam, uulgus appellat Saynt Iohn̄s gyrs.

HIPPOLAPATHON.

Hyppolapathon, officine patientiam uocant, uulgus Patience.

HEMIONITIS siue HEMONION.

Hemionitis, splenion, & teucrion dicitur. hec est illa herba quam herbarij quidam falso scolopendriam nominant. Nam scolopendrion siue asplenon est officinarum Citerac Phillitis sane ceruinæ lingue non est dissimilis, sed ea tamen non est, nam phillitis ceruina lingua rectior est quum ceruina lingua que hemionitis est nonnihil incuruetur, Vulgus ceruinam linguam uocat Hertes tonge uidi & herbam cum agerem northumbriæ, quam uulgus appellabat Hyndes tonge & uulgus contendebat non esse Hertes tonge erat enim minor & rectior. Hec fortasse phillitis est.

HIPPVRIS. anglice dicitur Shauynge gyrs.

Hippuris, latinis dicitur equisetū, aut cauda eqna, huius herbæ duæ sūt species, prior gallis uocatur prela. Hac solent opus suū adhuc rude expolire artifices quorū ars circa pectines & cætera id genus uersatur. Posterior a nostris pro uarieate soli uaria sortitur nomina. aliquibus dicitur Hors tayle nonnullis Hallywater stryncle Dysshewasshynges φ fortassis huius herbæ ad fricandos discos & patinas aliquis sit usus. huius etiam herbæ coliculo pugionum buxea manubria leuigari apud meos non semel uidi.

INTVBVM siue INTYBVS.

Intubū, grecis dicitur seris. Intuborum duo sunt genera, Satiuū, & erraticū. Satiuū, rursus in duo genera diuiditur, latifoliū & āgustifolium. Latifoliū arbitror esse RYght gardyn suckery. Erraticus intibus dicitur etiam cichorium & ambubeia. Huius persuasionis sunt aliquot artis medicæ pulchre gnari, ut putent hanc herbam helitropium & uerum solsequium esse. hanc crassiores, sponsam solis, angli wylde suckery nominant. Non desunt qui putent Dandelyon, siue latine mauis dentem leonis (quam nonnulli hidipnoida uocant) huius erratici intubi esse speciem

IRIS.

IriS est herba, que ab officinis in gignendi casu ireos dicitur. Huius herbæ radix, in taleolas orbiculares fissa & posteaq̄ desiccata fuerit, & in

puluerem contusa, est Marispowder, uocatur herba ipsa ab anglis Floure delyce, aut Floure deluce

ISATIS.

Isatis siue glastum, est herba qua lanarum infectores utuntur. uulgus herbam appellat wad.

LACTVCA.

Lactuca grecis thridaca, nostratibus fœminis Lettuse dicitur. lactuca agrestis est officinarum endiuia.

LAPATHON.

Lapathon, romani rumicem uocant, angli a Doc, oxilapathon est a Water doc, hippolapathon Patience, lapathum acetosũ (quod est quartũ genus lapathi) siue rumex acetosus aut oxalis est herba, quam uulgus appellat Sorell, aut Sourdoc.

LIGVSTRVM.

Ligustrum, arbor est non herba ut literatorũ uulgus credit. nihil que minus est quam a Prymerose, Vergilius hoc uersu. Alba ligustra cadunt uaccinia nigra leguntur non de ramis sed de candidis huius arboris floribus locutus est. ligustrũ grece dicitur cyprus officine uocant ligustrũ, alcannam aut henne, licebit igitur utrouis horum uti pro anglico nomine tantisp dum aptius nobis nomen occurrerit.

LOLIVM

Lolium, græci eram uocant, nonnulli zizanion, angli Darnell, indocti quidã Cockell, quũ nihil illi cum Cocle conueniat. Loliũ ut doctorũ scriptis relictum offendi herba recticaulis & tritico simillima. Herba aũt quã uocamus Cocle, aut Pople (quã constat esse nigellastrũ) a tritico bis (quod aiũt) per omnia differt, Quare loliũ non est nigellastrũ multo minus nigella quod si ita sit, quantũ huic disticho post hac tribuendũ erit? Frumentis nocuã lolium grecus uocat herbam quã nostri dicunt uulgari more nigellam, hic etiam lolium grecam facit uocem quum nusq̃ (quod uidi) apud grecos sit.

LVPVS SALICTARIVS.

Lupus salictarius, officinis dicitur lupulus, anglice Hoppes.

LICHEN.

Lichen, siue bryon, ab herbarijs hepatica dicitur, ab anglis Lyuer Wort.

LENS PALVSTRIS.

Lens paluſtris creditur eſſe herba, quā uulgus appellat Duckes meat creſcit in ſūmis ſtagnis, aut alijs aquis ſtantibus, & torpentibus ut in foſſis & in quibuſdam piſcinis & puteis.

MACER.

Macer, ſiue macir, ab anglis uocatur Mace unde nobis ueniat non eſt opus ut hic referā, Quanq̄ præter inſtitutū uideri quibuſdam poſſit arborum nomina, herbis miſcere : Non pigebit tamen in gratiam puerorum (quos turpiter huiuſmodi rerū ignaros hodie uideo) aliquot etiam arborū nomina noſtrati ſermone donare.

Malus cotonea	a Quynce tre.	Malum cotoneum	a Quynce.
Malus perſica	a Peche tre.	Malum perſicum	a Peche.
Malus medica	an orege tre.	Malum medicū	an oreche
Malus punica	a Pomgarnet tre.	Malum pnnicum	a Pomgarnat aut a Pomgranat.

MARRVBIVM.

Marubium, grecis dicitur praſion, anglis Horehounde.

MERCVRIALIS.

Mercurialis, a grecis linozoſtis. ab ānglis Mercury uocatur, eius due ſunt genera mas & fœmina. Mas haud temere apud nos reperitur, uidi tamen cantabrigie in horto aulæ regiæ, unde radicē in noſtrū tranſtulimus, hortum. Mari ſemen eſt iuxta foliū exiguū, teſticulorū modo cōnexū fœminam omnes fere fœmine norunt.

Meſpilus a Medlor or an openars tre.

MILLEFOLIVM.

Millefolium, ſiue ſupercilium ueneris, aut a chillea, a græcis miriophillon dicitur. ab anglis myllefoly aut Yarow.

Morus a Mulbery tre. Morum the mulbery.

MOSCHOCARION.

Moſchocaryon, ſiue moſchocaridion, latinis eſt nux moſchata, anglis a nutmuge, or a nutmege.

NARCISSVS.

Narciſſus, diu hic apud nos ſub peregrinis nominibus delituit. Nec erat ulla herba que me magis narciſſo torſit, nam poſtquam uigeſies eius picturam & deliniationem uidiſſem, & quàm potui diligentiſſime perpendiſſē

nusq̄ tamen potuit inueniri, qui hanc mihi herbam potuit exhibere, multo minus eius ãglicũ nomẽ indicare, tandẽ quũ aĩ recreandi gratia in Northfolcia rusticarer, ambulanti commodũ puella nondum septennis in uico mihi obuiam uenit, dextera manu albo rum florum manipulum gestans, continuo conspectis herbis mecũ ita cogitabam, hi sunt Narcissi (nam descriptionis illius herbæ adhuc recens erat lectio aliquotq; ab illa precibus emendicabam. Cæterum rogantem nomen herbæ nullo responso dignabatur. Percontabar aũt ab illis qui proximos pagos & castella habitarent: quodnam esset huic herbe nomen inditũ. Respondebant omnes herbam uocari Laus tibi, nec aliud nomen potui ab illis expiscari. Cæterũ domũ reuersus asphodelum multis etiam uocari laus tibi didici. Seniculus quidam cui nomen est guarinus Asshe. Barnwelliensis monasterij canonicus rei herbariæ pulchrè gnarus hanc herbam Frenche gelofer uocari affirmabat, hijs licebit uti nominibus donec aptiora occurrerint.

NASTVRTIVM.

Nasturtium, greci cardamon uocant, angli Gardyn cresses.

NEPETA.

Nepeta, grecis est calaminthe, anglis Nepe, aut catmynte.

NYMPHEA.

Nymphæa heracleum ropalon & alga palustris dicitur, barbaris nenuphar, a nostris Water rose.

Nux persica, regia, iuglans idem a walnut, or a walnut tre. Et Nux epitheto uacans significat a walnutte, ut Ouidius de nuce scribens, non depingit nobis auellanam quam constat esse a basyll nutte, or a fylbert sed a walnut quod facile ex hisce uersiculis subsequentibus intelliges:

☞ Cætera sepe tamen potuère admissa negare
 Et crimen uox est inficiata suum
Nostra notant fusco digitos iniuria succo
 Cortice contactas inficiente manus
Ille cruor meus est illo maculato cruore.
 Non profectura dextra lauatur aqua.

OLVS ATRVM.

Olus atrũ quod græci uocãt hipposelinon aliqui putant esse Alexander.

ORMINVM.

Ormini, siue ut alij scribunt, hormini duo sunt genera. satiuū, & syl-uestre. Satiuū a latinis dicitur geminalis a gallis orual a aut tota bona. ab anglis Clare, horminū syluestre herbarij uocant centrū gallinæ officinæ gallitricū, a nostris etiā arbitror dici Clare aut wylde clare.

ORIZA.

Orizam, omnes (quos legi) recentiores concordibus suffragijs risū esse asserunt. Quare adducor ut credā herbam esse cuius semen nos uocamus Ryce. Quod si ita sit alica non erit Ryce ut doctus quidam superio-ribus hisce annis scriptum reliquit.

ORIGANVM.

Origanum (quantū mihi ex eius descriptione colligere licet) est herba quam uulgus appellat Peny ryall, aut pudlynge gyrse.

OXIACANTHA.

Oxiacantha, siue pyxacanthis aut pyrena ab officinis & uulgo berbe-ris dicitur. aliquibus Pypryge uocatur.

OXYS.

Oxys, siue oxytriphillon, a latinis dicitur trifoliū acetosum, ab officinis Alleluya, uulgus etiam uocat Alleluya wodsore, & cuckowes meat.

PERICLIMENON.

Periclimenon, romani uolucrū maius, appellant. herbariorū uulgus ca-prifoliū & matrisyluā nominant. angli uocant wodbynde.

PALIVRVS.

Paliurus, uarias habet subse species, quarū una est frutex ille quem ali-qui a whyn alij a furre nominant.

PALMA.

Palma, grece phœnix dicitur, anglice a Date tre. fructū eius greci uocant dactylos, latini palmulas, angli a Date. Palmā arborem in an-glia nunq̄ me uidisse memini. Indic tamen ramis palmarū (ut illi loquūtur) sæpius sacerdotē dicentē audiui. Benedic etiā & hos palmarū ramos. quū preter salignas frondes nihil omnino uiderē ego, quid alij uiderint nescio. Si nobis palma rum frondes non suppeterent: prestaret me iudice mutare lectionem & dicere. Benedic hos salicū ramos, q̄ falso & mendaciter sa-licum frondes palmarum frondes uocare.

PAPAVER SATIVVM.

Papauer satiuũ, græci mecona satiuũ dicunt, angli Poppi. Papauer erraticum redecorne rose, aut wylde pappy uocatur.

PERSICARIA.

Persicariã, angli uocant Arsmert aut Culerage, eruditi alquot putant hanc a ueteribus molibdenã, aut plũbaginẽ dictam fuisse.

PARTHENIVM.

Partheniũ, qđ officine uocãt matricariã (nisi longe fallar) est herba illa quã uulgus appellat Feuer few, aut fetherfew simile est tanaceto.

PETASITES.

Petasites, a petaso pileum aut galerũ significante nomẽ traxit, fœmine huius herbæ folijs butyrũ inuoluunt unde nomen fecerunt a butter bur, northumbrienses uocant an Elden.

PHENIX.

Phœnix, romanis lolium murinum, siue hordeum murinũ dicitur. Quibusdã auena sterilis uocatur. Nascitur in aruis tegulis ꝗ recẽs illitis, uocatur hec herba qbusdã, waybent, propterea qđ iuxta semitas crescat.

PLANTAGO.

Plantaginẽ, greci arnoglosson nominãt. Eius duæ sũt species, maior & minor. Maiorẽ uulgus appellat waybred, aut Plantane, minorem uero Rybwort, rybgyrse, aut Lancell.

POLIGONON.

Poligonon, Romani uocant sanguinariam. Hanc uulgus appellat Swyne gyrs, & knotgyrs.

POPVLVS ALBA.

Populus alba, a grecis λευκη dicitur ab ãglis an asp e aut an esp tre.

POLYPODIVM.

Polypodion, romani filiculam appellant. nascitur in muscosis petris & uetustis roborũ caudicibus, palmi altitudine, filici similẽ, subhirsutũ. Hanc herbam uulgus appellat Brake of the wall.

PORTVLACA.

Portulaca, a grecis andrachne, ab anglis Porcellyne dicitur.

PSEVDONARDVS.

Pseudonardus, est nostra lauandula, uulgo dicitur Lauander.

PHELLANDRYON.

Phellandryon, officinæ filipendulam, uulgus Filipendulam, & Droppewort nuncupat.

QVINQVE FOLIVM.

Quinq; foliū, grecis pentaphillon, a nostris Symkfoly.

RANVNCVLVS.

Ranunculū, græci batrachion appellant. Multa sunt ranunculi genera. Primum genus ab herbarijs pes corui, a nostris Crowfote dicitur. Eius flos uocatur Kyngcuppe, aut a Golland. Secundum genus ab herbarijs uocatur apium risus ab historicis herba sardonia, unde risus sardonius originē traxit. Quidam putant uocari nostrati lingua Ache.

RAPHANON.

Raphanon, latini radicē, aut radiculā, angli Radyce nuncupant.

RVBIA.

Rubiam, græci erithrodanon appellant, angli Madder.

RVBVS.

Rubus aut sentes, a grecis batos, aliquibus morus uaticana dicitur. Rubum, angli uocant a bramble, aut a blakbery busshe. Fructus eius uocatur aut blacke beryes, aut blacke byers, aut bumble berys.

RVSCVS.

Ruscus, dicitur syluestris myrtus, & oximyrsine. Eius duo sūt genera. Humile & procerum. Humile officinæ uocant bruscum, angli Butchers broome, & Petygrew. Procerū aūt galli housū, angli an holy tre, & an Huluar tre nominant, hec etiā arbor, si ruellio credimus, ilex aquifolia dicitur è cuius corticibus ipse admodū puer uiscū confeci.

SABINA.

Sabina a græcis dicitur brathis, ab anglis uero Sauyn appellatur.

SAMBVCA.

Sambucus, siue ut quintus serenus legendū contendit, Sabucus a græcis acte, ab anglis an Elder tre, aut a bour tre uocatur,

SAMPSVCVM.

Sampsucum siue amaracus, latinis maiorana dicitur, Nostratibus Margerum, aut Margerum gentyll.

SATVREIA.

Satureia, siue thymbra, anglis est Sauery.

SEDVM.

Sedum, siue oculũ iouis græci uocant aizoon φ semper uiuat, ..is duo sunt genera, maius & minus. Maius sedum uulgo dicitur Housleke. Sedũ minus puto esse herbã quã uulgus appellat Thryft, aut Stoncrop.

SENECIO.

Senecio, grecis dicitur erigeron, quia uere canescit, angli uocant Grunswell, & grundeswell.

SEVTLOMALOCHON.

Seutlomalochon a quibusdã spinachia, a nr̃is Spynache noĩatur.

SYMPHYTVM.

Symphytum herbarij uocant consolidam maiorem, uulgus Comfrey.

SOLANVM.

Solanum, græci strychnon uocant, officinæ solatrũ, uulgus Morell, aut nyghtshad.

SOLANVM SOPORIFERVM.

Solanum soporiferum, aliqui uocant Dwale.

STAPHIS AGRIA.

Staphis agria, romanis herba pedicularis dicitur, uulgo Stauesacre.

TAXVS

Taxus an Vhe tre unde hodie apud nos fiunt arcus.

TELEPHIVM.

Telephium, herbarij fabam inuersam, aut crassulam minorem uocant, uulgus Orpyn appellat.

VACCINIVM.

Vaccinium, græci hyacinthum uocant, galli uacietum, quinam a nostris uocetur nondum comperi. Verum (si seruio credimus) inter purpureas uiolas hyacinthus referendus est, quod si uerũ sit non erit res ardua nomen illi britannicum adhibere.

VERBASCVM.

Verbascum, a græcis phlomos, ab officinis taxus barbatus, a uulgo Mullen aut Longwort appellatur.

VERBENA.

Verbena, & uerbenaca, græce peristereon dicitur eius duo sũt genera,


uerbena recta scilicet, que uulgo dicitur Veruyne, & uerbena supina que a uulgo uocatur Oculus christi.

VISCVM.

Viscum, angli uocant Myscelтyne, aut Myscelto. Densissimus iste frutex nusq̄ nisi in arboribus nascitur, è terra nunq̄ prouenit. uiscum tot secula anglis ignotū fuisse plurimum demiror, quū in pyris & malis syluestribus nusq̄ non p... niat.


ZADVRA.

Zadura, uel zaduaria, anglice dicitur Setwall.



FINIS.

STVDIOSE IVVENTVTIS, VNICO HVIVS aetatis patrono longe benignissimo, M. Thomae Patinsono sacrae theologiae doctori, Guilielmus Turnerus S P D.





Summam mihi huic libello manū mox imposituro (męcenas optime) in mentem forte fortuna uenit ab oibus scriptoribus receptum esse, libellos suos heroi cuipiam, qui eorū patrocinium susciperet, nuncupare. At inter heroas (quos noui innumeros) multis mihi nominibus profecto, dignissimus ipse visus es, cui ingenij mei primitias (si quid tibi aut laudis aut decoris possunt adiicere) dedicarem. Alij (quibus copiae cornu contigit) in magnifica ędificia, quicquid sibi diuitiarū congessere, insumunt, alii toti huc incūbunt, vt consanguineos suos ditent, alios deniq; alia iuuant, capiuntq;. Hoc solum tibi cordi est, hec te res sola iuuat, vt in re literaria, iuuentus scolastica tuis impensis & auspiciis alta fotaq; proficiat, quare si merito benefi-

C-2

centia męcenatem immortali fama nobilitauerit : olim vere eruditorum mihi interesse videtur tuum nomen qui tot tantisq; impensis tot doctos adolescētes educasti, ad sydera vsq; laudibus euehere, & ad posteros trāsmittere. Quod ego haud dubie facerē, si eruditio mea uotis meis vlla ex parte responderet. Cæterū si has ingenii mei primitias boni consulueris, olim cum plus mihi eruditionis accreuerit, elaboratius & eruditius tibi munus (fauente Christo) mittam. Vale męcenas optime.

LONDINI APVD IOANNEM
Byddellum. Anno dn̄i
1 5 3 8



ofis
qui
ci,ad
tere,
meis
pris
onis
uent



The names of herbes in Greke, Latin, Englishe Duche & Frenche wyth the commune names that Herbaries and Apotecaries use.

Gathered by William Turner.

